

tenetur et debet facere suo posse omnia servitia et laboreria vetera cum operibus et sine operibus suis propriis expensis in vineis et salinis predictis; et si aliqua pacta essent, volumus ipsa pacta servari inter ipsas partes.

Cap. LXII. Rubrica de clavibus ianuarum ci- 5
vitatatis Tergesti.

Statuimus et ordinamus quod quelibet ianua de quinque principalibus ianuis civitatis Tergesti, scilicet Ianua Riburgi Ianua Donote Ianua Cha(ca)vane Ianua Sancti Michaelis et Ianua Sancti Laurençii, habeat duas claves que stare debeant in potestate et baylia duorum bonorum hominum civitatis Tergesti, qui per dominium Tergesti eligentur, videlicet per iudices comunis Tergesti, qui sic electi constringantur et 10
93 B constringi possint // ad tenendum ipsas claves, et qui recusa-
verit tenere dictas claves cadat ad penam libr. vigintiquinque 15
par. pro quolibet et qualibet vice contrafacta. ¶ Et quilibet potestas vel vicarius loco potestatis exigere teneatur dictam penam et nichilominus constringantur ad tenendum dictas claves. ¶ Et illi duo qui electi [et] constricti fuerint, quilibet 20
eorum teneatur habere et tenere unam clavem, et aperire non debeant dictam portam nec aliquam earum in aliqua hora noctis alicui persone post sonum tertium tintanabuli usque ad horam constitutam in mane, sub pena libr. vigintiquinque par., nisi in servitio comunis. ¶ Salvo quod si gens aliqua mitte-
retur extra civitatem et quando rediret ad civitatem, quod 25
tunc aperire possint, duobus iudicibus presentibus, et hoc sub pena quinquaginta par. pro potestate vel vicario loco potestatis et pro quolibet iudice, nec dicti hostiarii comunis alter alteri dare debeant clavem vel claves, causa aperiendi aliquam ex dictis portis, nisi ex causis predictis sub pena predicta. ¶ Item 30
quod quilibet civis Tergesti, cui date et designate fuerint claves aliarum ianuarum Tergesti per iudices predictos, non audeat aperire vel facere aperiri aliquam ex ianuis predictis de nocte, nec claves ipsarum ianuarum dare vel accomodare ali-
cui aperiendi vel aperire volenti de nocte, assque mandato iu- 35